


TRIGONOMETRIÆ

**Ut ergo in lineis Rectis : ita & in arcubus Circulorum
Sphæræ Maximorum**

**I. Ad punctum mutui concursus duo ; ad punctum
mutuæ intersectionis quatuor Anguli fiunt ; ijq; vel
Recti, si unus Arcus ex alterius polo ducatur ; vel in
priori casu duobus Rectis, in posteriori quatuor Re-
ctis æquales, si non per Polos datorum arcuum cir-
culi ducantur.**

Hinc factum, ut quidam Autores arcum, qui ex Polo reli-
qui arcus ducitur ad angulos Rectos, ex analogiâ cum Rectili-
neis, dixerint Arcum vel Qua-
drantem perpendicularem.
Tales sunt in appposito Sche-
mate ZF, PG, IK, quorum il-
le ex Z Polo circuli HN, hic
ex P Polo Circuli AR, iste ve-
ro ex I Polo Circuli EC du-
ctus est : quo nomine quili-
bet etiam eorum arcuum,
cum Circulo ex cuius Polo
descendit in puncto inciden-
tiæ utrimq; duos angulos Re-
ctos facit. At arcus PG, in puncto, quo Circulum HN transit
non jam duos Rectos facit, quia P non est Polus HN Circuli, at-
tamen duos simul sumtos duobus Rectis æquales : quod idem
etiam accidit, in arcubus ZB & KI, item PB & KI eodem modo
se interfecantibus.



**II. Trianguli duo quælibet latera sunt majora reliquo.
Est 37. III. Regiom.**

III. Ma-